

CASTIGATIONES KEHRIANAE

2. De ecclesia s. Chrysogoni Romae *

SUMMARIUM. — Bullae Callisti II et Innocentii II ad ecclesiam romanam s. Chrysogoni pertinentes, quas P. F. KEHR tantum ex editione *Bullarum Carmelitani* et descriptionibus pro cardinali Garampi confectis novit in *Italia Pontificia I* (1906) 127-126 n. 5 et 7, ex ipsis originalibus Romae in archivio generali Carmelitarum asservatis eduntur introductione et critico apparatu instructae.

Introductio : p. 174-182.

Bulla Callisti II : p. 182-187.

Bulla Innocentii II : p. 187-191.

I. Binas bullas pontificias, et quidem antiquissimas quae de re extant, ad ecclesiam romanam s. Chrysogoni Transtiberim pertinentes frustra Kehrius cum apud Archivum Generale Carmelitarum ad s. Mariam Transportinam tum apud Trinitarios ad s. Chrysogonum olim perquisivit.¹ Rem actam fortassis arbitrati, vel omnino non advertentes, pp. Bruno Katterbach et W. M. Peitz ne earum quidem existentiam suspiciati sunt in eximia elucubratione de subscriptionibus pontificum et cardinalium in bullis maioribus s. XI-XIV occurrentibus²: etenim neque in ipsa dissertatione unquam illarum mentio fit,

* ad *IP I* (1906) 124-126. — *Castigationes Kehr.* I = *Ephemerides Carmelitiae* 3 (1949) 351-404. — *Compendia:* *IP* = *Regesta Pontificum Romanorum, Italia Pontificia I Roma* (1906), edente P. F. Kehr. *RPR* = *Regesta Pontificum Romanorum ab condita Ecclesia ad annum post Christum natum MCXCVIII*, ed. Ph. Jaffé, editionem secundam... curaverunt S. Loewenfeld, F. Kaltenbrunner, P. Ewald. I (*Lipsiae* 1885).: sectionem III a. 882-1198 curavit Loewenfeld. I. SAGGI, *La Congregazione Mantovana dei Carmelitani sino alla morte del Beato Battista Spagnoli* (1516), 1954 (= *Textus et Studia Historica Carmelitana I*). — *Compendia* in ed. *bullarum cf. in Introductione n. II*; in apparatu sunt consueta, praeter *Intr.*, quod hanc Introductionem paragraphis distinctam innuit.

¹ *IP I* 125.

² B. KATTERBACH O.F.M.-W. M. PEITZ S.I., *Die Unterschriften der Päpste und Kardinäle in den «Bullae maiores» vom 11. bis 14. Jhd.* in *Miscellanea Francesco Ehrle*, IV *Paleografia e Diplomatica* (1924) 177-274 + tab. 6 dupl. extra textum (= *Studi e Testi* 40).

neque in appendice,³ ubi archiva romana ordine recensentur, Carmelitarum archivum usquam apparet. Idem autem archivum, aptius nunc ad s. Albertum,⁴ in via Sforza Pallavicini, dispositum, originalia ipsa nobis feliciter suppeditavit, quae, Patribus Carmelitis benigne pro more annuentibus, hic edere placuit, ne *Italiae Pontificiae* in dies complendae nostra quoque, licet exigua, deesset opera.

Opera recentiora tam Mesnard⁵ quam Krautheimer⁶ cura edita praetermittanda visa sunt, quippe quae, licet antiquitatis scientiae magnum emolumentum attulerint, bullas nostras obiter tantum e *Bullario Carmelitano* prius allegavit, alterum omnino praeterivit.

2. Bullas apud ecclesiam s. Chrysogoni, probabiliter in sacrario, iugiter usque ad s. XV servatas esse tenendum sane est; cum autem ecclesia a. 1486, agente cardinali titulari Hieronymo Basso della Rovere, Carmelitis Congregationis Mantuanae concredita est,⁷ ad eorum manus etiam bullae devenerunt, quin tamen Mantuam, ut alia monumenta, translatae sint, sed ad s. Chrysogonum perseverarunt quousque, forte exeunte s. XVII, in archivum generale Congregationis Mantuanae susceptae sunt. Quod quidem archivum, 6 iunio 1638 decretum,⁸ collectis undique monumentis, inventario instructum est a p. Angelo Roberto Laurenti confecto, quod completum⁹ est a. 1644 et a. 1657 descriptum ad accessiones notandas¹⁰: utrobique tamen bullarum, imo ipsius 'tituli' s. Chrysogoni,¹¹ mentio deest, qui proinde serius inductus videtur, attamen ante a. 1715 quando Monsignanus illas sua signatura praeditas edidit. Suppressa Congregatione Mantuana (a. 1783), vel statim vel certe a. 1847, quando ecclesia s. Chrysogoni ad PP. Trinitarios translata est, bullae ad s. Mariam Transportinam migrarunt¹² et postea in Collegium s. Alberti.

Ex his quae narravimus quaedam apud Kehr emendanda occurunt: p. 124 haud exacte affirmatur 'Monasterium... incoluerunt... inde ab anno 1480 monachi carmelitani',¹³ cum hoc a. 1486 acciderit; item

³ ibid. (not. 2) 267-274: B. KATTERBACH, *Bullae maiores vom Paschalischen II bis XIV. Jahrh. in römischen Archiven.*

⁴ quo archivum translatum est ineunte hoc saeculo.

⁵ M. MESNARD, *La basilique de Saint Chrysogone à Rome* (Roma-Paris 1935) 125-132 148 (= Studi di Antichità Cristiana IX). Etiam notandum auctorem pluries adstruere a. 1489 Carmelitis datam esse basilicam (p. 128 150 et alibi) e nota confirmatione Innocentii VIII in *Bullario Carmelitano I* (1715) 407^a-409^a.

⁶ R. KRAUTHEIMER, *Corpus Basilicarum Christianarum Romae* 1|3 (1945) 144-164 + tab. XXI (= Monumenti di Antichità Cristiana. II serie II, 3).

⁷ cf. SAGGI 201.

⁸ SAGGI XXXVs.

⁹ SAGGI XXXVs: originale in Arch. Gen. Carmelitarum II. *Mantuana. II. 1.*

¹⁰ originale in Arch. Gen. Carmelitarum II. *Mantuana. II. 2*: cf. SAGGI XXXVI.

¹¹ hic 'titulus', seu sectio in qua monumenta ad s. Chrysogonum pertinentia apud Monsignatum notantur, in inventariis de quibus in notis 9 et 10 non invenitur, sed solum 'conventus Romae'.

¹² SAGGI L-LI.

¹³ SAGGI 201.

falsum est quod ibidem asseritur 'Pius IX concessit ecclesiam monachis Trinitariis, Carmelitis ad s. Mariam Transpontinam translatis', cum revera translati sint ad ecclesiam s. Nicolai 'ai Cesarini',¹⁴ ubi nunc dicitur 'Largo Argentina'; tandem, si 'monumenta antiqua perierunt' (p. 126), bullae saltem nostrae adhuc supersunt.

3. Bullas ex originalibus s. XVIII bis descriptas esse novimus: a p. Eliseo Monsignano, qui eas t. I *Bullarium Carmelitani* adiecit in appendice,¹⁵ et ab ignoto quodam, forte carmelita, pro card. Garampi, in cuius collectaneis miscellaneis manuscriptis in Archivo Secreto Vaticano adservatis¹⁶ nunc legi queunt.

E *Bullario Carmelitano* in regestum redactae prodierunt cura Samuels Loewenfeld in editione altera *Regestorum Pontificum Romanorum* a Ph. Jaffé olim conditorum, in qua, ad bullam Callisti II scite adnotatur 'Bulla est mendose descripta'.¹⁷ Regesto autem Callisti II, quibusdam emendationibus inductis, ex eodem *Bullario Carmelitano* bullam Callisti inseruit U. Robert.¹⁸

Primum apographa garampiana animadvertisse P. F. Kehr probe laudandus, qui notitiam in *Göttingische Nachrichten*¹⁹ edidit, consulto addita nota 'wohl aus Original'; neutra tamen edidit, quamvis eschatocollum saltem bullae Callisti id omnino exigere videretur. In ipso vero t. I *Italiae Pontificiae* adornando notam praelibatam subticuit, forte inclusam compendio B, descriptiones garampianas designante,²⁰ cum B iuxta morem Kehrii apographa ex originali innuat. Aliquatenus carpendus est, quod utrobique inter bullae Innocentii II descriptionem plenam et bullae Callisti II partialem, ut infra n. 6 dicetur, haud distinxerit.

4. Editionem a Monsignano paratam multis scatere mendis et animadvertisit Loewenfeld²¹ et clarissime nostrae editionis apparatus ostendit. Textus orthographiam ad normas sui temporis ab editore exactam libenter praeterimus, quibusdam tantum exempli gratia in apparatu adnotatis.²² Errata ipsa in textu bullarum rariora sunt, scilicet omissiones²³ et lectiones mendas.²⁴ Plurimae contra sunt omissiones et oscitationes in subscriptionibus, quas ad utramque bullam separatim hic recensendas duximus.

¹⁴ SAGGI 201.

¹⁵ ELISEUS MONSIGNANUS, *Bullarium Carmelitanum* I (1715) 517^a-521^a.

¹⁶ Arch. Vaticano Segreto, fondo Garampi, *Collectanea miscellanea* n. 283-284.

¹⁷ RPR I 799 n. 6901 et p. 843 n. 7412.

¹⁸ U. ROBERT, *Le Bullaire du Pape Calixte II*, I (1891) 334-337 n. 227.

¹⁹ *Nachrichten der K. Gesellschaft der Wissenschaften zu Göttingen, Philologisch-historische Klasse*, 1903, 505-591 'Nachträge zu der Römischen Berichten'.

²⁰ IP I 125

²¹ RPR I 799 n. 6901.

²² v. g. in bulla Callisti ad 1. 1 3 4 5 10 14 17; in bulla Innocentii ad 1. 1 3-5 7 10 12 15 16 18 22 23.

²³ tantum in bulla Innocentii 1. 24.

²⁴ in bulla Callisti 1. 4 7 16 18 20 21; in bulla Innocentii 1. 2 3 5 6 8 9 10 13 18 19 22 25.

In *bul1a Callisti* deprehenduntur omissionses, falsae lectiones et additiones. *a) Omissiones:* 1) integre l. 31 de card. Bonifatio; 2) nomina cardinalium Lamberti l. 27, Divizi l. 30, Deusdedit l. 38, Sigizi l. 44; 3) titulus et quae post vocem *card.* sequuntur l. 37 45 49; 4) semper omissum est ss., praetermissio quoque *et ubi* praecedit; 5) alia hic illic, nempe *pbr.* l. 33, *tt.* l. 43, *interfui* l. 51, *et p(etri)* l. 36, *in celio monte* l. 47, *anno* l. 58. *b) Falsae lectiones:* 1) quoad nomina cardinalium l. 39 48 58; 2) quod titulos l. 35 et 50, addita aliquatenus l. 29. *c) Additio una, apta* quidem sed contra autographum et usum temporis,²⁵ *Crucis in* l. 42.

Multo melius Monsignanus erga *bul1am Innocentii II* se gessit. Pauca improbanda sequentia occurrunt. *a) Omissiones:* 1) ss. semper omissum est; 2) quae post *card.* sequuntur l. 32; 3) *tt.* l. 34. *b) Falsae lectiones:* 1) in nominibus cardinalium l. 29 34 35, cum levi variatione l. 28; 2) in titulo l. 34.

5. Robert e *Bullario Carmelitano* bullam Callisti descripsit pressius exemplari adhaerens. Quaedam complevit, ut nomina cardinalium l. 27 30 44, supplens tantum punctis l. 38. In reliquis Monsignano consensit, etiam quando facilius emendare potuisset, ut l. 58 quoad nomen cardinalis bibliothecarii Grisogoni, quod et ipse legit Ridolphum, vel quoad aliquot titulos, verbi gratia in l. 35 collata cum l. 50. Immo totam l. 26 subscriptionem Petri portuensis continentem omisit.

6. Optime legit et descripsit generatim qui pro collectaneis *card.* Garampi collocavit operam. Cum ipsam rotam et *BV* quam simillime imitatus sit, iure Kehrius eum ex originalibus descripsisse animadvertit.²⁶ Re quidem vera, scribendi rationem adamussim secutus, etiam sententiarum sectionibus ad originalia repraesentandis ita inhaesit, ut in *bul1a Innocentii* illam quoque distinctionem medium puncto inferiore et virgula superiore repraesentatam effinxerit, necnon compendiorum formam, licet in minimis aliquando constantia defecerit. Ideoque in apparatu pauca adnotanda.

In *bul1a Callisti*, solum excerptim descripta, inveniuntur *falsa lectio* l. 1 et *omissiones* l. 51 et 57; insuper ratio describendi *subscriptiones* columnae prioris alia est ac ea qua usus est Monsignanus et quam ipsi approbavimus.²⁷ In *bul1a Innocentii* *falsae lectiones* occurrunt l. 1 et 29, *omissiones* l. 24 et 26.

Quod vero mirum videtur, integrum scriptor garampianus bullam iuniorem Innocentii II protulit: fortassis quod priorem invenerit? Cal-

²⁵ conferri potest *inscriptio in ecclesia s. Chrysogoni a. 1123 linea 4 de card.* Gerardo 'pbro. s. hrlm', apud MESNARD (not. 5) 127.

²⁶ 'wohl aus Original' ut supra n. 3 (not. 19) allegatum est.

²⁷ cf. *infra* n. 7.

listi bullam autem, integrum quidem a Rota ad finem, excerptis in textu hac ratione :

1. ' Callistus... annuimus ' l. 1-3
2. ' De... mota est ' l. 8-9
3. ' Ceterum... monumentis ' l. 9-10
4. ' Hanc... perscrutantes ' l. 12.

7. Superest ut de originalibus ipsis, quae in archivio generali Carmelitarum A. O. adservata signaturam gerunt *Extra* III. 1122.1 et III. 1130.1, brevem descriptionem offeramus. Utraque generatim bona conservatione gaudet, exceptis bullis plumbeis deperditis et aliquibus fôraminibus in plicis, quae 4×4 factae sunt ut commodius in archivis servantur, ita tamen ut textus plene legatur et paucae tantum litterae hic illic intra parentheses quadratas supplendae sint in editione. De utraque bulla separatim.

Bulla Callisti II dimensiones habet circiter mm. 975 \times 495, quibus addenda plica mm. 35, ita ut longitudo membranae metrum excedat. Lineae sulcatae ad Rotam usque sunt 25, quarum 1 et 2 primam lineam textus maioribus litteris continent et 25 vacua est, intervallum vero inter unamquamque est mm. 16/17; limites laterales sunt \pm mm. 25. A l. 25 ad cardinalium subscriptiones sunt circiter mm. 65 et in medio intervallo, nempe utrinque circiter mm. 33, est subscriptio pontificis. A l. 25 ad lineam Dati sunt mm. 250. Etiam ad subscriptiones lineae, minore intervallo servato, fere dimidio linearum textus, sulcatae sunt, sed in parte sinistra utrum usque ad finem pervenerint non patet, in parte autem dextra tot perspiciuntur quot subscriptiones. Sub s subscriptionis ' Petrus ' tit. Callisti parva crux sulcata perspicitur. Scriptores autem totius membranae hi numero fuerunt : ¹ scriptor textus, ² qui Rotam exaravit et intimum orbiculum inscripsit, ³ scriptor notae expeditionis (l. 58), subscriptiones autographae, videlicet ⁴ Callisti pontificis, qui etiam sententiam ' firmamentum est dominus timenibus eum ' in orbiculo exteriori eodem tempore scripsit, ⁵⁻³⁶ cardinalium numero 32 (episcoporum 6, presbiterorum 19, diaconorum 7) : summatim 36 manus certo distinguuntur.

Quoad subscriptionum ordinem haec animadvertisenda. In duplii columna, ut notum est, distributae leguntur, dextra legentibus reservata diaconis. In sinistra, ubi praecedunt episcopi, nulla tamen medium ratione habita, duplii ordine nomina leguntur, ita ut incertum sit, utrum in eadem linea unum post alterum exarata sint, an altero ordine iam completo. Insuper subscriptio Petri portuensis (l. 26) dextrorsum inter lineas Crescentii et Lamberti (l. 25 27) inserta videtur; Cono (l. 28) est in eadem linea cum Lamberto (l. 27), quod quidem garampiano descriptori favere videtur. Quin quaestionem dirimamus, en conspectum nostrae editionis cum *Bullario* Monsignani consentientis, collatae cum apographo garampiano :

post 1.	31	=	1.	45	Garampi
»	35	=	»	46	»
»	36	=	»	47	»
»	39	=	»	48	»
»	40	=	»	49	»
»	42	=	»	50	»
»	44	=	»	51-57	»

Forma scripturae ea est cancellariae Callisti II propria atque nota, in qua efferenda nonnulla duximus. Initiales litteras pleniori ductu exarata sunt 1. 2 'Cum', 1. 14 'Nullus', 1. 19 'Decernimus'; duplice vero 1. 20 'Si' et 1. 22 'Cunctis'. Alia peculiaria: *v* solum initio occurrit (1. 2 6 17 19); voces maioribus variis modulis litteris (1. 4 5 10 11 13 14 58); *y* cum puncto supererno 1. 2; *ij* in fine vocis (1. 4 6-8 15 17 18) et rarius *ji* in -*rji* (1. 14 20); *j* post *t* in formula -*ti*^{voc} et etiam post *r* (1. 18); diphthongus formam praebet *e*, omittitur in *pre-* (1. 3 4 8 9 10 14 16 19), *sepe* (1. 10 19), *questio* et *ceterum* (1. 10). Pauca observanda de subscriptionibus, cum personalis modus melius ibi perspiciat, verbi gratia diphthongus in *æps* subscriptionis Lamberti ostiensis (1. 27). Tantum animadvertendum vocem 'subscripti' generatim reprezentari ss duplice lineola secante, aliquando autem una lineola (1. 41 47-49 55); sed etiam duplice ss forma unciali (1. 25 26), vel minuscula cum punto (1. 50) aut cum lineola secante (1. 55).

Inter regesta et signaturas quae in tergo membranae leguntur haec seligimus 'nº 27. S. Chrysogoni', et alibi '.I.' littera magna.

8. Bulla Innocentii II mensuras offert circiter mm. 660 × 390, quibus addenda plica mm. 25. Margines lineis distinctis utrinque sunt mm. 17. Lineae sulcatae a summo deorsum 29 numerantur, quarum 1 et 2 intitulationem magnis litteris continent, 28 vacua est et 29 subscriptionem pontificis fert. Pro subscriptionibus cardinalium vero lineae non apparent. In ima membrana est linea Dati, a qua ad subscriptionem pontificis sunt mm. 130 circiter. Rotae diametrum est mm. 41 paulo amplius et orbiculus cum sententia '+' Adiuua nos deus salutaris noster' fere mm. 7 latus est.

Scriptura textus satis a bulla Callisti differt, in quibusdam notabiliter. Diphthongus *æ/oe* generatim scripta est *æ*, rarissime *ɛ* (1. 12 19) et aliquoties *e* in praepositione *pre-* (1. 4 5 10 13 et 26 in *premia*). E contra pro simplici *e* diphthongus adhibetur initio vocis *aecclesia* (1. 4-12 16-18 20 21 23). Alia quaedam: *v* initio (1. 7 18) et in fine (in compendio *thv* 1. 24 25) rarius occurrit; *ii* > *ij*, sed etiam servatur (1. 15); -*ti*^{voc} > *ti*, sed non deest exceptio (1. 13), et aliquoties -*ij* haud sequente vocali (1. 2 15); *ā* praepositio (1. 10) et *āc* coniunctio (1. 24) cum accentu; *k* semel legitur (1. 9). Litterarum altitudinem consideranti sex saltē in textu oculos percellunt mensurae: corpus ordinarium scripturae minusculae mm. 2, litterae maiores pro nomine 'Vrbani' (1. 11 14) et 'Grisogoni' (excepta initiali 1. 4 15) mm. 4.5 paulo excēdentes, pro nomine 'Calixti' (excepta initiali 1. 9 13) mm. 7.5, litte-

rae initiales generatim mm. 12, initiales quaedam maiores (l. 2 15) mm. 15, intitulatio (l. 1) plusquam mm. 16. Initiales maiores in vocibus 'Ad' (l. 2 18), 'Nullus' (l. 15), 'Decernimus' (l. 20) et 'Si' (l. 23) pleniori calamo scriptae sunt, fere ac si duplicato ductu exaratae sint. Triplex 'Amen' l. 26 *M* forma unciali praebet.

Subscriptiones in duplice columna dispositae sunt : in sinistra 7 (episcoporum 4 et presbyterorum 3), in dextra 3 diaconorum, hac ratione, ut subscriptio Romani una linea sit superior illa Uuillelmi, Gregorii eadem paulo inferior et Guidonis in linea Johannis ostiensis. Romanus forma *M* unciali in nomine suo usus est. Chonradus *Ego* ipse scripsit, sed difficulter, cum partem litterae *g* infra lineam bis tentaverit, ideo alius sequentia supplevit. Proinde, totius membranae scriptores hoc pacto distinguuntur : ¹ textus scriptor, ² qui Rotam et *BV* exaravit, ³ scriptor Dati, ⁴ Innocentius II, qui sententiam quoque Rotae inscripsit (manu aliquantulum diversa), ⁵⁻¹⁴ decem cardinales, ¹⁵ qui Chonradi subscriptionem complevit.

In dorso plura sunt regesta et signaturae a s. XVI/XVII, inter quas notanda 'n.^o 18 S.^{ti} Chrysogoni', et in alia parte '.B.' littera magna.

9. De subscriptionibus pauca quaedam animadvertenda.

Uterque pontifex suam subscriptionem completam ipse exaravit ; quoad vero sententiam in rota, in bulla Callisti eadem omnino est manus et atramentum, simillima autem, sed non eadem adamussim, in bulla Innocentii (in modo litterarum inchoandarum et aliquibus earum formis) ; quaestionem exinde possibilem nunc praeterimus. Tantum Corradus, antea presbyter card. tit. Pastoris dein episcopus sabiniensis, qui in bulla Callisti (l. 46) totam subscriptionem ipse exaraverat, in bulla Innocentii (l. 31) *Ego* cum scripsisset, et quidem incerta manu bis inferiore litteram *g* repetita, alio qui suppleret indiguit. Reliquorum cardinalium subscriptio tota autographa est.

Nomina cardinalium, tituli ipsorum et tempus satis nota sunt ex utraque serie quam accurate S. Loewenfeld confecit cum pro pontificatu Callisti ²⁸ tum propontificatu Innocentii. ²⁹ Nihil vero novi ex opere quod Brixius ³⁰ de cardinalibus ab a. 1130 ad a. 1180 adornavit haurire licet, cum Loewenfeldio omnino innitatur. Minus adhuc e Cristofori ³¹ expectare fas est, quem post indiculos loewenfeldianos ne respiciendum quidem ducimus. Qui tamen indiculi ex nostris bullis aliquid emolumenti depromere queunt.

In bulla Callisti nomina quorumdam cardinalium forma aliquatenus a vulgata variante gaudent, quae, primo loco forma a bulla oblata, sunt haec : Sigizo : Sigizzo. Sasso : Saxo. Odaldus : Othal-
dus. Conradus : Corradus. Tres tituli antiqua appellatione re-

²⁸ RPR I 780-781.

²⁹ RPR I 840-841.

³⁰ J. Matthias BRIXIUS, *Die Mitglieder des Kardinalkollegiums von 1130-1181* (Berlin 1912) 153-156 : 'C. Liste der dem Kardinalkollegium der Jahre 1130-1181 angehörenden Mitgliedern. I Die beim Tode Honorius II.' (13.|14. Februar 1130) noch lebenden Kardinäle'.

³¹ F. CRISTOFORI, *Storia dei Cardinali di Santa Romana Chiesa*, Roma 1888.

feruntur : Eudoxiae = s. Petri ad vincula ; Pammachii = ss. Ioannis et Pauli ; Pastoris = s. Pudentiane. Falso his titulis (quibus addendus Callisti) praefixit S. Loewenfeld, si subscriptiones autographas respexit. Ipsi Loewenfeldii indiculo aliqua ex hac bulla iam accesserunt, nempe primum datum Sassi tit. s. Stephani et Petri tit. Callisti ex ea depromptum est. Insuper, quod Loewenfeld ex imperfectis cum Monsignani tum Robert editionibus nequivit perficere, nec facilis conjectura supplevit, tempus e nostrae bullae dato, id est 17 aprilii 1121, emendandum est in sequentibus :

1. Corradus tit. Pastoris (l. 46), cuius prima notitia in *RPR* est 25/5 1121 ;
2. Iohannes tit. s. Eusebii (l. 49), cuius postrema notitia ibidem est 7/1 1121 ;
3. Theobaldus tit. s. Mariae Novae (l. 53), cuius prima notitia ibidem est 25/5 1121.

In bulla Innocentii nomina quaedam paulo immutanda sunt, si ad autographa exigenda videantur : Uuillelmus (l. 28) : Guillelmus. Mattheus (l. 29) : Matthaeus. Chonradus (l. 31, sed non est autographum, in bulla autem Callisti l. 46 est 'Corradus') : Conradus. Goselmus (l. 34) : Goselinus. Semel antiquus titulus, nempe Equitii (l. 32), occurrit.³² Hic quoad tempora nihil immutandum. Bulla, notis temporis et traditionis carens, expedita est quando bullae dabantur per manus Aimerici diaconi cardinalis et cancellarii.³³

10. Utraque bulla annum incarnationis praebet, et quidem, ex adiunctis, more florentino. Ideo recte a Loewenfeldio et a Kehrio bulla Callisti 17 aprilii 1121 attributa est ; bulla vero Innocentii, temporis nota destituta, a Loewenfeldio et a Kehrio in *Göttingische Nachrichten* mensi maio 1130 adscripta est, sed a Kehrio in *Italia Pontificia* mensibus aprilii vel maio. Adiunctis non attendentes, falso et qui regestum in tergo membranae confecit et Monsignanus annum 1122 adscriperunt.

11. De utriusque bullae edendae ratione nonnulla sunt admonenda. Perquam fideliter eas repraesentare conati, modum ipsum scribendi quoad fieri potuit imitati sumus. Originalium lineae in margine adnotatae sunt, ad quas et haec introductio et apparatus iugiter remittunt. Attamen, ne oriretur confusio, post textum tot lineas computare oportuit quot subscriptiones : quod et suasit in bulla Innocentii omnimoda linearum sulcatarum parentia, in bulla vero Callisti partialis tantum.

Intitulatio in l. 1 utrobique magnis litteris tota expressa est. Quae occurrint nomina personarum in textu litteris maioribus exhibita, in originalibus diversimode occurrint : vel omnibus litteris aequali magnitudine, vel initiali maiori, vel aliis litteris elatis aliis vero humilio-

³² in serie Callisti mentio occurrit 'SS. Silvestri et Martini tit. Equitii', in serie autem Innocentii solum 'tit. Equitii'. Hic et alibi Loewenfeld in titulis proferendis non sibi constans fuit.

³³ cf. *RPR* I 841.

ribus, triplici aliquando mensura. Utrum de littera initiali an de ordinaria aliquando dubitavimus propter *s* et *n* formae uncialis, quae promiscue cum forma minuscula adhiberi videntur. Sententiarum distinctio originalem sequitur, attamen distinctio quae in bulla Innocentii puncto inferiori et virgula obliqua superiori pingitur, in editione sola virgula, sive commate, effingitur. Sectiones textus logicas maioribus intervallis ipsi distinximus. Denique subscriptiones fidelissime reddidimus, varia scribendi ratione sancte servata. Notandum autem compendium & semper locum notae tironiane obtinere, praeterquam in subscriptione bullae Callisti I. 42, ubi idem occurrit.

Compendia soluta sunt, litteris tamen inclinatis tunc admonentibus, praeter aliqua quae hic comprehendimus, lineolas punto substituentes et in solutione nominativum tantum casum apponentes³⁴; litteris inclinatis compendia, erectis vero solutiones indicantibus.

card. (*cardin.* *cardinal.*) cardinalis. *dat.* datum. *diac.* diaconus. *dns.* (-i -o) dominus. *eps.* (-orum) episcopus. *ihu.* ihesus. *nr.* (-i -ae [e] -o -am -a -orum) noster. *pbr.* (-o [pr]) presbyter. *PP.* (.pp.) papa pp. = ? *sc* (-i -ae [e] e) -a sanctus. *ss.* subscrispit. *ur* (-ae [e] -os -orum) vester. *xpi.* christi.

Duplicis apparatus prior est textualis membranae textum solum respiens, alter vero comparatus editionum et descriptionum rationem habens.

I

Bulla Callisti II

Laterani 1121 april. 17

Callistus II Iohanni presbytero cardinali tituli s. Chrysogoni iura et possessiones ecclesiae s. Chrysogoni confirmat et controversiam cum clericis ecclesiae s. Salvatoris de Curte denuo definit.

- Orig.* = Roma, Arch. Generale Carmelitarum ad s. Albertum, *Extra III.* 1122, I.
- Cop.* = Excerpta : Roma, Arch. Vaticano, fondo Garampi, Collectanea miscellanea n. 284 f. 16-17' (ex orig.).
- Ed.* = 1. E. MONSIGNANUS, *Bullarium Carmelitanum* I (1715) 517^b-619^a (ex orig.).
2. U. ROBERT, *Bullaire du Pape Calliste II*, I (1891) 334-337 n. 227 (ex Monsignano).
- Reg.* = 1. S. LOEWENFELD in *RPR* I (1885) 699 n. 6901 (e Monsignano).
2. P. F. KEHR in *Göttingische Nachrichten* [cf. not. 19] (1903) 523 (e Garampi).
3. P. F. KEHR in *IP* I (1906) 125s n. 5 (e Monsignano et Garampi).

³⁴ nominativo casu allato (alioquin primo in serie occurrente), intra parentheses ceteri in textu adhibiti inuuuntur.

- ¹ CALIXTUS EPISCOPUS SERUUS SERUORUM DEI DILECTO
FILIO JOHÁNNI PBRO CARDINALI DE TITULO SCI GRISOGONI EIUSQUE SUCCESSORIBUS CANONICE SUBSTITUENDIS IN PERPETUUM. |
- ² Cum ecclesijs omnibus debitores ex apostolicę sedis auctoritate ac
beniuolentia existamus. uenerabilibus tamen locis. quę infra nrām Ro-
manam vrbem. siue apud Transtyberim continentur. propensiō | nos
³ conuenit affectionis studio imminere. Eapropter dilecte in xpo fili
Johannes pbr cardinalis. petitjoni tuę clementer annuimus. et quam-
⁴ quam extra predecessorum nrōrum consuetudinem | uideatur. propter
nouas tamen laicorum improbitates. siue clericorum insolentjam. beati
GRISOGONI ecclesiam cui deo auctore presides. presentis priuilegij pa-
⁵ gina communimus. | Tibi enim tuisque successoribus. et per uos
eidem ecclesię in perpetuum confirmamus. ecclesias et capellas quę
infra eiusdem beati GRISOGONI parochiam continentur. videlicet ecclē-
⁶ siam | Sci Saluatoris de Curte. quę etjam Felix aquila nuncupatur.
ecclesiam scę Bonosę. Scę Agathę. et sci Stephani. cum pertinentijs
⁷ earum. vt quicquid dignitatis. quicquid reuerentję. quicquid | parochialis
iuris. matrix ecclesia in suis habet ecclesijs et capellis. hoc uos et in
istis per dei gratiam habeatis. tam in ordinatōibus clericorum per
⁸ easdem ecclesias collocandorum. siue | ad ecclesiasticos ordines promo-
uendorum. quam in Scrutinijs. Baptismatibus. processionibus. et in cri-
minalium quę publica sunt iudicijs. De predicta quidem Saluatoris
⁹ ecclesia in nrā et | fratrū nrōrum presentja questio mota est. eo quod
eiusdem Saluatoris clericī. tibi et ecclesię tuę debitam exhibere obedien-
¹⁰ tjam recusarent. Ceterum productis a te in medium. ecclesię | tuę mo-

NB. — *De bullae descriptione cf. Intr. 7, de compendiis et editione cf. Intr. 11,*
de subscriptionibus cf. Intr. 7 et 9.

NB. — Compendia G (G* G¹) M R et reliquas breviationes v. initio
in nota *. Lineae originalis referuntur.

¹ Callistus G | Joanni M R | Chrysogoni M R | substituendis] in-
stituendis G ² Transtiberim] trans Tyberim R ³ Joannes M R |
annuimus] add &c. cetera cum superiori <id est cum privilegio Innocentii II
infra edendo> consentiunt exceptis his locis (*in introductione recensitis et infra*
recolendis) ⁴ Chrysogoni M R | deo] Domino M R ⁵ Chrysogoni
M R ⁷ conuocandorum] collocandorum M R ⁸⁻⁹ De... mota est
excerpsit addito &c G ⁹⁻¹⁰ Ceterum... monumentis excerptis addito &c G

numenit. in altero quidem. quod a predecessore nro felicis memorie JOHANE ¹⁰ quintodecimo editum fuerat. comperimus. sepedictam Saluatoris ¹¹ ecclesiam in fundo ecclesiæ uestre sub censu | annuo constitutam. In altero uero quod dns noster pie recordationis VRBANVS .pp. secundus ¹² constituerat. euidenter definitum agnouimus. clericos predicte ecclesiæ ¹³ Saluatoris debere uobis et ecclesiæ uestre | scrutinium. Baptisma. Proces- siones. et reliqua parochialia iura. sicut proprio titulo exhibere. Hanc nos controuersiam diligentius perscrutantes. et predecessorum nrorum ¹⁴ statuta sollicite indagantes. eiusdem dni nri VRBANI .pp. iudicium. ex communi fratum nrorum eporum et cardinalium. abbatum. et totius ¹⁵ conuentus deliberatione. apostolica auctoritate firmauimus. et ratum | in perpetuum manere decreuimus. Nullus ergo eps. nullus cardinalis. nullus abbas. nullus archipbr in predicti Beati GRISOGONI titulo. in ¹⁶ capellis et territorijs earum. parochialia sibi iura audeat | uendicare. Nec abbatum alicui facultas sit. parochianos uestros nisi forte ab eis deliberatum sit in suis ecclesijs sepelire. Quod si uiuentes adhuc. reli- gionis intuitu apud eos sepeliri | deliberauerint. cum urorum quoque ¹⁷ clericorum presentja. salua matricis ecclesiæ iustitia. tumulentur. Ad hec adientes tibi tuisque successoribus. et per uos ure ecclesiæ perpetuo confirmamus. | Casale de Malliana. cum turri. vineis. agris. cultis & incultis. pratis. siluis. aquis et aquarum recursibus. Vineas quas in Mar- cello. & in Petra pp. possidetis. cum pratis & alijs pertinentijs suis. Mo- lam quam | in flumine Tiberis habetis. et quartam partem alterjus mole. et omnia. que tam in domibus. quam in alijs possessionibus. in presenti ¹⁸ iuste & canonice possidetis siue in futurum largiente deo poteritis | adi- pisci. Decernimus ergo. vt nulli omnino hominum liceat. honores & bona sepefatæ ecclesiæ ure uendere. in feudum dare. aut ab eadem ecclesia modis quibuslibet alienare. ipsam ecclesiam temere perturbare. ¹⁹ aut | eius possessiones auferre. uel ablatas retinere. minuere. uel temera- rjis uexationibus infestare. Sed omnia integra conseruentur. eorum pro

¹⁰ Joannes M R ¹² Hanc... perscrutantes excerptis addito &c G : nos] n[os] ob chartam atramento perforatam G ¹⁴ Chrysogoni M R ¹⁶ ue- strorum] ipsorum M R ¹⁷ Maliana M R ¹⁸ deo] Domino M R
¹⁹ pp] pp. M papae R (dubie. cum alibi semper litteris capitalibus compendium occurrat), prob. = positas ²⁰ eius] ei MR | omnimodis] omnibus M R

quorum sustentatjone & gubernatjone concessa sunt usibus omnimodis
²¹ profutura. Si qua igitur in futurum ecclesiastica | secularisue persona
 hanc nrē constitutjonis paginam sciens. contra eam temere uenire tempta-
 uerit. secundo tertjoue commonita. si non satisfactjone congrua emenda-
²² uerit. potes[t]ate honorisque sui dignitate careat. reamque | se diuino
 iudicio existere de perpetrata iniuitate cognoscat. & a sacratissimo cor-
 pore ac sanguine dei et dni redemptoris nri Ihu xpi aliena fiat. atque
²³ in extremo examin[e] districte ultjoni subiaceat. Cunctis | autem eidem
 ecclesię iusta seruantibus. sit pax dni nri Jhu xpi. quatenus & hic fructum
 bonę actionis percipient. et apud districtum iudicem premia eterne
 pacis inueniant. AMEN. AMEN. AMEN. |

(Rota) Ego Calixtus catholice ecclesię eps .ss. BV

²⁵ ✠ Ego Crescentius Sabinensis eps .ss.

✠ Ego Petrus Portuensis eps .ss.

✠ Ego lambertus hostiensis ceps .ss.

✠ Ego cono prenestinus eps ss.

✠ Ego Vitalis albanus eps interfui et ss.

³⁰ ✠ Ego Diuizo Tusculanus eps interfui. et ss.

✠ Ego bonifatius pbr card tt sci Marci interfui. & ss.

✠ Ego robertus pbr card tt sce sabine interfui & .ss.

✠ Ego gregorius pbr cardinal tt scē prisce interfui & ss.,

✠ Ego iohannes pbr cardin tt sce cecilię interfui & ss.

²³ Amen³ forma unciali scriptum graecam imitari contendente (E = H)
²⁴ de Rota, BV et subscriptione v. in Intr. 7 et 9 ²⁵⁻⁴⁴ in columna priori,
 ordine item priori (cf. Intr. 8) ²⁶ subscriptio inserta inter l. 25-27 (cf.
 Intr. 8) ²⁸ in l. 27

²¹ commonita] monita M R ²³ triplex Amen praemisso in fine descrip-
 sit G ²⁴ Rotam et BV quam simillime expressit G, supplevit autem, post
 Pontificis subscriptionem, linea sequenti Loco ✠ Sigilli plumbei M, quod quidem
 sigillum, seu bulla plumbea, deperditum plicae appensum erat | ss.] om. M R
²⁵ ss.] om M R ²⁶ totum om R | ss.] om M ²⁷ lambertus] om
 intervallo vacuo relicto M. suppl (Lambertus) R | ss.] om M R ²⁸ ss.]
 om M R ²⁹ albanus] Albanen. M Albanensis R | et ss.] om M R. in
 linea seq. subscriptsi G* dein in linea subscriptionis ss. G¹ ³⁰ Diuizo] om
 tribus punctis suppl M. (Divizo) suppl R. i² incerte legit G (an e?) | interfui]
 fu ex 2 lt. quarum altera est i | & ss.] om M R ³¹ totum om M R | sub-
 dit l. 45 G ³² &. ss.] om M R. [ss] partim charta atramento perforata G
³³ pbr] om M R | & ss.] om M R. [ss] partim ut l. 35 G | subdit l. 48 G
³⁴ Joannes M R | & ss.] om M R

- 35 ✠ Ego Theobaldus pbr card tt pammachii. ss. & interfui
 ✠ Ego rainerius card tt scor. m. & p. interfui & ss.
 ✠ Ego desiderius pbr cardinalis tt sce praxedis interfui & ss.
 ✠ Ego deusdedit pbr cardinal. tt sci laurentii in damaso interfui & ss.

40 ✠ Ego Gregorius pbr card. tt. lucine interfui & ss.
 ✠ Ego hvgo pbr cardinal tt aplor. ss.
 ✠ Ego petrus pbr card tt sc̄e Susanne interfui. & ss.
 ✠ Ego amico pbr card tt sc̄e ierusalem interfui & ss.
 ✠ Ego petrus pbr card tt sci marcelli interfui & ss.
 ✠ Ego sigizo pbr card tt sci sixti interfui. & ss.
 45 ✠ Ego Benedictus pbr card tt eudoxię interfui & ss.
 ✠ Ego corradus pbr card tt past[o]ris ss.
 ✠ Ego sasso pbr cardinal tt sci stephani in celio monte ss.
 ✠ Ego Odaldus pbr cardinal tt sc̄e balbinę ss.
 ✠ Ego iohannes pbr cardinal tt Sci eusebii. ss.
 50 ✠ Ego Petrus pbr cardinal tt calixti ss.

✠ Ego romoaldus diac cardinalis ε<с>cle<si>e sce marie in u<i>a
 lata interfui et ss.
 ✠ Ego Aldo diac cardinalis scor. sergii et bachi. ss.

37 desiderius] r ex s 38 deusdeddit] u in ras., e¹ s d¹ ex aliis litteris
 41 sc̄] scriptum Sc̄ 44 & inter lin. eadem manu 45-50 in columna
 priori ordine altero (cf. Intr. 7) 45 in l. 3 46 in l. 35 | past[ō]ris
 ob membranam plica perforatam | ss. inferius scriptum et lineola dimidio orbe
 circumvoluta inclusum 47 in l. 36 | in celio monte in diaconorum co-
 lumna scriptum 48 in l. 39 49 in l. 40 50 in l. 42 | sub s
 vocis Petrus parva crux sulcata cernitur

³⁵ pammachii] S. Sixti M R | ss. &] om M R | subdit l. 46 G ³⁶ & p.]
om M R | & ss.] om M R | subdit l. 47 G ³⁷ Desiderius] D <d G
tt... ss.] om M R | Praxedis] P <p G ³⁸ deusdedit] om spatio vacuo
relicto M. quatuor punctis suppl R | tt... ss.] om M R ³⁹ Gregorius
BB. M Benedictus R | tt. lucine] om M R | & ss.] om M R ⁴⁰ ss.]
om M R | subdit l. 49 G ⁴¹ & ss.] om. M R ⁴² scq] add Crucis
in M R | & ss.] om M R | subdit l. 50 G ⁴³ tit.] om M R | & ss.]
om M R ⁴⁴ sigizo] om tribus punctis supplens M. suppl (Sigizzo) R |
subdit l. 51-57 G ⁴⁵ tit... ss.] om M R | post l. 31 G ⁴⁶ post l.
35 G | tit... ss.] om M R ⁴⁷ post l. 36 G | in... ss.] om M R
⁴⁸ post l. 33 G | Odaldus] Ubaldus M R | baldinē] Sabinae M R | ss.]
om M R ⁴⁹ post l. 40 G | tit... ss.] om. M R ⁵⁰ post l. 42 G
calixti] S. Sixti M R | ss.] om M R ⁵¹ romoaldus] Romualdus M R
cardinalis] om G | interfui et ss.] om. M R

- ¶ Ego Theobaldus diac cardinalis sc̄e marię nouę ss.
 ¶ Ego Gregorius diac cardinal Sci Angeli .ss.
 55 ¶ Ego petrus diac cardinalis sci adriani ss.
 ¶ Ego romanus diac cardinal ecclesię sc̄e marię in porticu interfui [et] ss.
 ¶ Ego ionathas diac cardinalis tt scor. cosme et damiani .ss. |

⁵⁸ Dat. Laterani. Per manum GRI^oSoGONJ. Sce. Romanę ecclesię diaconi
 Cardinalis ac bibliothecarij .xv. Kal. Maii. Indictione xiiii. Incarnationis
 dominice. Anno .M.C.XXIIJ. Pontificatus autem domni. CALIXTI. Se-
 cundi. PP. Anno. IIJ.

2

Bulla Innocentii II

Trans Tiberim 1130 april./mai.

Innocentius II Iohanni cardinali presbytero tituli s. Chrysogoni privilegium
 Callisti II innovat.

Orig. = Roma, Arch. Generale Carmelitarum ad s. Albertum, *Extra
 III. 1130. i.*

Cop. = Roma, Arch. Vaticano, fondo Garampi, Collectanea miscellanea
 n. 283 f. 13-15' (ex orig.).

Ed. = E. MONSIGNANUS, *Bullarium Carmelitanum I* (1715) 519^b-521^a
 (ex orig.).

Reg. = 1. S. LOEWENFELD in *RPR I* (1885) 843 n. 7412 (ex Monsi-
 guano).

2. P. F. KEHR in *Göttingische Nachrichten* [cf. not. 19] (1903)
 523 (e Garampi).

3. P. F. KEHR in *IP I* (1906) 126 n. 7 (e Monsignano et Ga-
 rampi).

⁵⁶ [et] ob membranam plica perforatam
 i formam compendii us praebet

⁵⁷ cardinalis] s appictum litterae

⁵⁸ bachi] Bacchi M R G | ss.] om M R ⁵³ Theobaldus] Teobaldus
 M R | ss.] om M R ⁵⁴ ss.] om M R ⁵⁵ ss.] om M R ⁵⁶ et
 ss.] om M R ⁵⁷ tit.] om M RG | ss.] om M R ⁵⁸ Grisogoni]
 inter lin. G. Ridolphi M R | Anno] om M R | domini] domini G

1 INNOCENTJUS EPISCOPUS SERUUS SERUORUM DEI. DL
 LECTO FILIO JOHANNI PBR CARDINALI DE TITULO SCI
 GRISOGONI. EIUSQUE SUCCESSORIBUS CANONICE SUB-
 STITUENDIS IN PERPETUUM. |
 2 Ad hoc in sca matre catholica & apostolica Romana æcclesia quæ
 iustitjæ sedes est. nos ab auctore omnium bonorum deo cognoscimus
 3 constitutos. ut suam æcclesijs omnibus | iustitiam conseruemus. & per-
 sonis æcclesiasticis quæ nobis familiariores sunt. propensiō studio
 faueamus. Eapropter dilecte in xpo fili JOHANNES pbr cardinalis
 4 petitjoni tuæ | clementer annuimus. & quamquam extra predecessorum
 nrorum consuetudinem uideatur. propter nouas tamen laicorum impro-
 bitates. siue clericorum insolentiam. beati GRISOGONI æcclesiam | cui deo
 5 auctore presides. presentis priuilegij pagina communimus. Tibi etjam
 tuisque successoribus. & per uos eidem æcclesiæ in perpetuum confir-
 6 mamus. æcclesias & capellas quæ | infra eiusdem beati GRISOGONI par-
 rochiam continentur. Videlicet æcclesiam Sci Saluatoris de curte. quæ
 etjam felix aquila nuncupatur. æcclesiam scæ Bonosæ. Scæ Agathæ. &
 7 Sci Stephani cum pertinentijs earum. Vt quicquid dignitatis. quicquid
 reuerentjæ. quicquid parochialis iuris matrix æcclesia in suis habet
 æcclesijs. & capellis. hoc uos in istis per dei gratiam habeatis. tam in |
 8 ordinatjonibus clericorum per easdem æcclesias collocandorum. siue ad
 æcclesiasticos ordines promouendorum. quam in scrutinijs. Baptismati-
 9 bus. processionibus. & in criminalium quæ publica sunt iudicijs. | De
 predicta quidem Saluatoris æcclesia in presentia karissimi patris nri
 PP CALIXTJ quaestio mota est. eo quod eiusdem Saluatoris clerici. tibi

N.B. — *De bullae descriptione cf. Intr. 8, de subscriptionibus cf. Intr. 9, de compendiis et textus editione cf. Intr. II.*

³ familiariiores] o in ras. ⁴ improbitates] § ex i inchoato ⁹ exhibere] e² vel correctum vel maculatum

N.B. — *Compendia G M v. initio sub *.*

¹ Joanni M | Chrysogoni M | eiusque] et G | substituendis] insti-
 tuendis G ² deo] Domino M ³ familiariiores] familiares M | Joann-
 es M ⁴ Chrysogoni M ⁵ deo] Domino M ⁶ Chrysogoni M |
 Parochiam M | Videlicet] V<v G | aquila] Aquilia M ⁷ Vt] V
 <v G | Parochialis M ⁸ collocandorum] convocandorum M | scruti-
 nijs] js<aliis It. G ⁹ karissimi] Beatissimi M

10 & æcclesiæ tuæ debitam exhibere reuerentjam recusa|rent. Cæterum pro-
 ductis a te in medium æcclesiæ tuæ monumentis. in altero quidem quod
 a predecessore nro felicis memoriæ JOHANNE quintodecimo. editum
 11 fuerat. comperit. sepedictam | æcclesiam Saluatoris in fundo æcclesiæ
 uræ sub censu annuo constitutam. In altero uero quod dns nr piæ re-
 12 cordatjonis VRBANUS PP secundus constituerat. euidenter definitum |
 agnouit. clericos predictę æcclesiæ Saluatoris. debere uobis. & æcclesiæ
 uræ. scrutinium. Baptisma. processiones. & reliqua parochialia iura si-
 13 cut proprio titulo exhibere. Quam | controuersiam prefatus scae recor-
 datjonis PP CALIXTVS. & cardinales qui cum eo aderant diligentius per-
 scrutantes. & predecessorum nrorum statuta sollicite indagantes. eiusdem
 14 dni | nri felicis memoriæ VRBANI PP iudicium. ex communi fratum
 eporum & cardinalium. abbatum. & totjus conuentus deliberatione. apo-
 15 stolica auctoritate firmauit. et ratum in perpetuum manere | decreuit.
 Nos quoque eandem sententjam apostolicæ nræ sedis auctoritate robora-
 mus. Nullus ergo eps. nullus cardinalis. nullus abbas. nullus archipbr
 16 in predicti beati GRISOGONI titulo. in capellis & territorijs earum par-
 rochialia sibi iura audeat uendicare. Nec abbatum alicui facultas sit.
 parrochianos uros nisi forte ab eis deliberatum sit. in suis æcclesijs |
 17 sepelire. Quod si uiuentes adhuc religionis intuitu apud eos sepeliri
 deliberauerint. cum urorum quoque clericorum presentja. salua Ma-
 18 tricis æcclesiæ iustitia tumulentur. Ad hæc adicentes tibi tuisque
 successoribus. & per uos aec[c]lesiæ uræ perpetuo confirmamus. capellam
 sci Juliani in cast[e]llo Guidonis. Casale de Malliana. cum turri. vineis.
 agris. cultis. & incultis. pratis. siluis. aquis. & aquarum decursibus. Vi-
 19 neas | quas in Marcello. & in in Petra pp possidetis. cum pratis & alijs
 pertinentijs suis. Molam quam in flumine Tiberis habetis. & quartam
 partem alterius molę. Casale in campo de merula. terram. in Marcello.
 20 terram in uentre bubble. | cum alijs omnibus quæ in presenti iuste & cano-

¹⁰ a te] scriptum ate ¹² agnouit] t in ras.

10 medium] medio M | Joanne M | comperit] comperitur M ¹² Pa-
 rochialia M parochialia G ¹³ sanctae] fel. M ¹⁵ eamdem G M |
 Chrysogoni M ¹⁶ uendicare] e*l*<*i* G | Parochianos M ¹⁸ ca-
 stello] Castallo M | Malliana] linea subducta M ¹⁹ pp] PP. M
 bubble] dublo M

nice possidetis. siue in futurum largiente dno poteritis adipisci. De-
 cernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat, honores & bona sepe-
 21 fatæ æcclesiae | uendere. in feudum dare. aut ab eadem æcclesia modis
 quibuslibet alienare. ipsam æcclesiam temere perturbare. aut eius pos-
 sessiones auferre. uel ablatas retinere. minuere. aut aliquibus ue|xatio-
 nibus infestare. Sed omnia integra conseruentur. eorum pro quorum su-
 stentatione & gubernatjone concessa sunt, usibus omnimodis profu-
 22 tura. Si qua igitur in futurum æcclesiastica secularisue | persona
 hanc nræ constitutionis paginam sciens. contra eam temere uenire tem-
 ptauerit, secundo tertjoue commonita. si non satisfactione congrua emen-
 24 dauerit, potestatis honorisque sui | dignitate careat reamque se di-
 uino iudicio existere de perpetrata iniuitate cognoscat. & a sacratissimo
 corpore ac sanguine dei & dñi redemptoris nri ihv xpi aliena fiat. atque
 25 in extre|mo examine districtæ ultjoni subiaceat. Cunctis autem eidem
 æcclesiæ iusta seruantibus, sit pax dñi nri ihv xpi. Quatenus & hic
 fructum bonæ actionis percipiānt. & apud districtum iudicem premia
 26 æternæ pacis inueniant. AMEN. AMEN. AMEN., |

27 (Rota). Ego Innocentius catholice e[c]clesię eps. ss.; BV

☩ Ego Uuillelmus prenestinus eps ss.

☩ Ego Matheus albanensis eps ss.

30 ☩ Ego Iohannes ostiensis eps ss.

☩ Ego Chonradus sauinensis eps ss.

☩ Ego petrus pr cardinal tt equitii ss.

☩ Ego petrus pbr card tt. scę anastasię ss.

☩ Ego goselmus pbr card tt sce cecilie

27 e[c]clesię ob membranam plica perforatam

28-34 in columnna priori

22 substentatione M | omnimodis] et commodis M 23 tentaverit M
 24 domini] om M | redemptoris] om G 25 iusta] jura M 26 Amen
 ter] semel G 27 Rotam et BV quam simillime expressit G ; quae om et linea
 seq. suppl. Loco ☩ sigilli plumbei M, minus recte, bulla plumbea deperdita e
 plica pendente 28 Uuillelmus] Guillelmus M | ss.] m. pp. M
 29 Matheus] Marcus G Oratius M | ss.] om M 30 Iohannes] Joannes M
 | ss.] om M 31 sauinensis] Sabinen. M | ss.] om M 32 tit. equi-
 tii ss.] om M 33 ss.] om M 34 goselmus] Guillelmus M | tit.]
 om M | ste cecilie] S. Ecclesiae M

35 **☩ Ego Romanus** diac card sce Marię in porticu ss.

☩ Ego Gregorius diac card Scoru Sergii & bachi ss.

☩ Ego Guido diac card Scę Marię in uia lata ss.

Dat. transtiberim. Anno dominicæ Incarnationis. M.C.XXX. Indictione. viij. Pontificatus uero eiusdem domni Innocentij .PP. Anno. i.
a

Roma, 1954.

FR. GRATIANUS A S. TERESIA, O.C.D.

35-37 *in altera columna*

35 Romanus] Roojam M | ss.] om M 36 bachi] Racchi M | ss.]
om M 37 ss.] om M